



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLII. Indiculus, cum Episcopus ad alium in resurrectione Domini eulogias
dirigit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

FORMVLARVM LIB. II. 177
reddere spondimus. Quod si non
fecerimus, & ob hoc negligentes,
tardi aut contumaces fuerimus, pu-
blicè per hanc precariam, ac si sem-
per per quinquennium renouata
fuisset, condemnati, vt lex præstat
tardis aut negligentibus, & de ipsa
terra nos pontificium habeatis eii-
ciendi. Facta precaria ibi, sub die il-
lo, anno illo, illo rege.

XLII. INDICVLVS EPISCOPI
*qui ad alium in resurrectione Do-
mini eulogias dirigit.*

Dominio sancto, & Apostoli-
ca veneratione colédo, dom-
no & in Christo fratri, illi Episco-
po, ille gratia Dei, ac si peccator
Episcopus. Dominicæ festiuitatis
resurrectionisque mysteriis, in qua
idem Deus Christus tartarū per se-
metipsū decrevit absoluere, nudus
victorq; de exsuperato hoste trium-

M

178 MARCVLFI MONACHI
phans captiuitatem, dedit dona ho-
minibus, propterea remeauit ad cæ-
los, anni circulo reuoluēt, quæ fœ-
licitas, vel prosperitas vestram con-
stitit industriam , aut sanctitatem
excepisse, ipsoque Deo præsule per-
egisse, cum eulogiis peculiaris patris
vestri sancti illius, & salutationis of-
ficia veneratione præcipua mitten-
tes, quæsumus ut nostram extremi-
tatem affatu dignabili iubatis spe-
cialibus informare.

XLIII. RESCRIPTIO AD
Episcopum.

Dominō sanctō, meritis Apo-
stolico, in Christo desiderabi-
li, Domino & fratri illi Papæ , ille
peccator Episcopus ; Vestrās sacras
almitatis vestræ deferente venera-
bili filio communi illo , vt celitus
donatum, nos accepisse prænoscite,
& comperite. De edulio depasti